

Ave generosa, gloriosa et intacta puella,
tu pupilla castitatis,
tu materia sanctitatis,
que Deo placuit.

Nam hec superna infusio in te fuit,
quod supernum Verbum in te carnem induit.

Tu candidum liliū
quod Deus ante omnem creaturam inspexit.

O pulcherrima et dulcissima,
quam valde Deus in te delectabatur,
cum amplexionem caloris sui in te posuit,
ita quod Filius eius de te lactatus est.

Venter enim tuus gaudium habuit
cum omnis celestis symphonia de te sonuit,
quia virgo Filium Dei portasti,
ubi castitas tua in Deo claruit.

Viscera tua gaudium habuerunt
sicut gramen super quod ros cadit,
cum ei viriditatem infundit,
ut et in te factum est, O mater omnis gaudii.

Nunc omnis ecclesia in gaudio rutillet
ac in symphonia sonet
propter dulcissimam Virginem
et laudabilem Mariam, Dei Genitricem.
Amen.

Salut, ô généreuse et glorieuse Vierge,
pupille de chasteté,
matière de sainteté,
toi qui as plu à Dieu !

Car cette infusion d'en haut a eu lieu en toi,
en toi le Verbe a revêtu la chair.

Toi, le lys éclatant de blancheur
que Dieu a regardé avant toute la création.

Toi, la plus belle et la plus tendre,
combien Dieu s'est plu en toi,
lorsqu'en toi il a placé l'étreinte de sa chaleur
et qu'ainsi son Fils s'est nourri de ton lait !

Tes entrailles ont tréssailli
quand toute la symphonie des cieux a joué pour toi,
car, vierge, tu as porté le Fils de Dieu
et ta chasteté a resplendi dans le Seigneur.

Tes entrailles se sont réjouies
comme l'herbe recevant la rosée,
qui lui infuse la verdure,
il en fut de même en toi, ô mère de la joie.

Que toute l'Église à présent éclate de joie,
et fasse retentir sa symphonie
pour la Vierge très douce,
Marie, mère de Dieu, toute digne de louange.
Amen.